



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ
Provinciæ Saxoniae S. Crucis**

Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz

Nevhsii, 1706

VD18 10502327

Titulus I. De duplici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

CÆREMONIALIS Fratrum Minorum strictioris

Observantiæ Provinciæ Saxoniae
sanctæ Crucis

PARS PRIMA,

De Rubricis generalibus Missalis.

P R O E M I U M.



Missæ quotidie dicitur secundum ordinem Officii, de festo duplici vel semiduplici, vel simplici, de Dominica, vel Feria, vel Vigilia. Rubrica hæc in quantum spectat ad Missam Conventualem, præceptiva est, & non tantum directiva BOSCO de Sacrificio Missæ Sect. 5. Conc. 34. n. 665. aliique communiter. Unde strictè observanda, quod etiam præcipiunt statuta nostra generalia Cap. 2. §. 3. & §. 8. *Missæ major cum Officio conveniat, sitq; de Feria, Dominica, vel festo occurrente, nec ullam cujuscunque specialem devotionem præter mittatur, nisi in casibus in quibus ordinarium Missalis id permittit.* In quibus autem casibus Missæ votiva vel pro defunctis permittatur vide infra Titulo 4. & 5.

TITULUS I.

De duplici.

In duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Id est, nisi juxta rubricas facienda commemoratio de die
A infra

infra Octavam, simplici, Feria, aut Vigilia. Privata autem auctoritate vel devotione Commemorationem addere, illicitum est. Vide nostrum SPÖRER *part. 2. cap. 6. sect. 4. §. Addere.*

TITULUS II.

De Semiduplici et Simplici. Hic clarus est.

TITULUS III.

De Feria et Vigilia.

N. 2. **I**N Vigiliis autem & Feriis quatuor temporum, vel feria 2da Rogationum qua veniunt infra Octavam, Missa (intellige Conventualis) dicitur de Vigilia vel Feriis supradictis cum Commemoratione octavae, in his casibus discordat Missa ab Officio, quia his Missis propriis convenit, ut cedat ea Missa quæ infra octavam sæpius repetitur, præterquam infra Octavam Corporis Christi. Unde infra hanc, non de Vigilia S. Joannis, sed de Octava celebranda erit Missa. Ibi. *In Missis autem privatis, dicitur Missa de Octava cum Commemoratione Vigiliæ aut feriarum prædictarum. Ibi. Si autem in die Vigiliæ vel prædictis Feriis fiat Officium de aliquo festo, tunc dicitur etiam Missa Conventualis, de festo cum Commemoratione Octavae, Vigiliæ, vel feriarum prædictarum.*

N. 4. *Missa Vigiliæ in Adventu occurrentis, dicitur cum Commemoratione ferie Adventus, licet de ea (Vigilia) non sit factum Officium. Ratio est eadem, quam supradiximus de Vigilia infra Octavam.*

N. 5. *Si in Quadragesima & quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicitur Missa de feria cum Commemoratione Vigiliæ.*



TITU-